Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 303
Quelle:
Copyright:

CCII.

U. 16 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 334. f. per duas columnas probe exaratus, rubricisque distinctus continet *Nicolai de Lira* O. M. Partem alteram in N. T. seu *Postillas in Epistolas Pauli, in VII. Canonicas, in Apocalypsin et Actus Apostolorum.* Titulus miniatus: *Scriptum Nico. De lira super epistolas ad Romanos.* Initium: *Ecce descripsi tibi eam tripliciter* &c. *Postillas* has mox ab inventa Typographia pluries lucem adspexisse notum est. Ad calcem: *Expliciunt actus apostolorum Ni. de lira. finiui in vigilia ambrosij anno* 1454. In theca anteriore Codicis notatum nomen donatoris *Thomae de Wuldersdorf*, ut in praecedentibus aliis.

CCIII.

U. 39 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 293. f. per duas columnas probe exaratus, et rubricis distinctus, venditus olim a. 1465. a Conventu FF. Praedicatorum *Vien.* ad quem per F. *Innocentium Stingelhaymer* testamento Patrui sui *Christiani Stingelhaymer* Eccl. *Ratisbon.* Decani devolutus fuerat, *ad librariam rubee rose* exaggerato 369. Librar. Denarior. pretio, ut p. 1. notatur, continet: I. *Nicolai de Lira* O. M. *Expositiones super Epistolas Pauli*, et typis proditas et a nobis jam saepe indicatas, quarum initium: *Ecce descripsi eam tibi tripliciter* &c. et finis: *confirmetur in presenti et in futuro prestante domino nostro* &c.

II. *fol.* 245. *Sequitur textus epistolarum Pauli.* Praesunt singulis brevia illa, ut in *Bibliis glossat.* Argumenta. Illud ad *Colossenses* incipit: *Colocenses et hij sicut laodicenses sunt asiani* &c. Unde arguo, spuriam ad *Laodicenses* Epistolam olim in Epistolarum serie semper eam, quae ad *Colossenses* est, praecessisse.

CCIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 19 Folior. 201. f. per duas columnas commode exaratus, rubricisque distinctus hunc praefert, minio Titulum: *Incipit Apostilla super Epistolas pauli Apostoli edita a fratre Nicolao de lira ordinis fratrum Minorum sacre Theologie doctore eximio.* Initium: *Ecce descripsi eam tibi tripliciter* &c. Finis: *confirmare in presenti et in futuro prestante Domino nostro* &c. Post quae paene repetitur Titulus addito *Anno domini MCCCC &c.* Saepius haec cum in ipsis *Lirani* Editionibus, tum in Bibliis glossatis sub prelum revocata sunt.

CCV.

Codex membraneus lat. Sec. U. 938 XIV. Folior. nunc 124. f. per duas columnas commode descriptus, coloribus distinctus et olim Collegii S. J. *Viennae* eadem *Postilla* complectitur, sed prima Folia deperiere ita, ut nunc initium sit ab *Epistolae ad Romanos* C. VIII. v. 16.